



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Pelagivus Papa Florentino Episcopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

tecoste, quartam de Natali Domini, quintam de apparitione Domini, sextam de apostolis, septimam de sancta trinitate, octauam de cruce, nonam in ieiunio & quadragesima tantummodo dicendam. Has præfationes tenet & custodit sancta Romana ecclesia. Has tenendas vobis mandamus.

NOTA.

* *Ordinem præfationum.*] De præfationibus meminere Concilium Mileuit. cap. 12. & Africanum cap. 70. Earum nouem, de quibus hic, auctor proditur Gelasius in libro pontificali. Decimam de beata Virgine edidit Vrbanus secundus, in Concilio Placentiæ habito, vt ait Gratianus ad d. 70. & alii.

DECRETA PELAGII.

EX GRATIANO, QUÆ SECUNDO TRIBVNTVR.

Pelagius papa Antoninæ patriciæ, & Deciæ.

16. q. 1. De
præsen-
tium.
luc p. 7.
cap. 23.

DE præsentium portitore, quod defensor factus non est, nulla vobis animi molestia sit: quia vere satis amarissimum habeo de isto proposito ad * illud officium at. aliud homines deduci, in quo nullo modo quæ a monachis Deo promissa sunt valeant adimpleri. Omnimoda enim est illius habitus, & istius officii diuersitas. Illic enim quies, oratio, labor manuum; at hic causarum cognitio, conuentiones, actus, publica litigia, & quæcumque vel ecclesiastica instituta, vel supplicantium necessitas poscit. Faciat autem Deus, vt tales sint hi, qui vela nobis in isto habitu nutriuntur, vel in monasteriis crescunt, vt prouecta ætate, & vita probata non ad litigiorum officia, sed ad sacerdotium valeant promoueri.

PELAGIUS PAPA

FLORENTINO EPISCOPO.

Qui post mortem, &c.

Dist. 34.
Fraternita-
tis. Ancl. 7.
c. 68. al. 73.
Poly. l. 2.
tit. 1.

FRATERNITATIS tuæ relatione suscepta, eius latorem secundas quidem nuptias, expertum non fuisse didicimus; castitatem tamen * eum priori non seruasse, con- at. cupi iugio designasti. Et quamuis multa sint quæ in huiusmodi casibus obseruari canonice iubeat sublimitatis * aucto- * at. subtilitatis ritas: tamen quia defectus nostrorum temporum, qui-

bus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, districtio illius non patitur in omnibus manere censuram, & ætas istius, de quo agitur, futuræ incontinentiæ suspicionem auferre dignoscitur; vt ad diaconatum possit prouehi, temporum, vt dictum est, condescendentes defectui concessisse nos noueris. & *infra*. * Micenam vero ancillam eius, de qua post transitum vxoris filios habere confessus est, iubemus, vt tua dispositione cuiquam monasterio continentium professura tradatur.

* al. Micenam

P E L A G I V S P A P A
CLERO CATINENSI.

Qui in episcopum eligitur, &c.

TALIA quidem iamdudum ad fratrem & coepiscopum nostrum Eucarpum de visitatione Carmentis ecclesiæ scripta direximus, vt in eis iudicium nostrum potuisset agnoscere. Verumtamen, quia quosdam ibi non sana intentione, sed prauis studiis dissensiones suscitare, vestra etiam relatione cognouimus, qui scientes se ad episcopatum nec ætate, nec scientia, nec vitæ meritis posse perducere, ad hoc tantummodo inquietare ecclesiam volunt, vt sibi de his, quæ ex ipsa præsumpta sunt, impunitatem futurus promittat episcopus, & fiat rapinæ securitas, episcopatus ambitio; hoc etiam vos duximus commonendos, vt decretum in Elpidium diaconum factum, & subscriptum ab omnibus, quos vestra relatio designauit, ad nos cum prædicti visitatoris epistola, & cum eodem diacono maturetis, Deo propitiante, perducere. & *post pauca*. Cum igitur huc filius noster magnificus vir Leo prætor venisset, retulit nobis de singulis quæ ibi mota sunt, & quomodo vota prope totius ciuitatis in Elpidio diacono concordarent. Vnde quia de memorati viri testimonio dubitare omnino non possumus; idcirco, sicut dictum est, Elpidium diaconum ad nos facite properare: nec expectetis vltius, vt admonitio ad eum nostra debeat * destinari. Quem tamen hoc per vestram dilectionem in præfenti iussione specialiter admonemus, ne cui se aliquid dare, vel daturum esse promittat: sed neque de ecclesiasticis præteritis causis aliquam securitatem cui-

8. q. 3. Talia.
Anf. l. 6. c.
40. Polyc.
l. 2. tit. 3.

* al. iterari. Emendatus est hic locus ex Anselmo, & Polycarpo.